

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diabolus c  
cum uariis

Anima nunquam a corpore uinceretur nisi prius a dyabolo teneretur. Nam nisi quis porci more uixisset, nunquam accepisset in eo dyabolus potestatem aut, si accepisset, non ut perderet sed ut probaret. Sine permissione Dei dyabolum nocere non posse cognoscas ne potenciam dyaboli magis timeas quam diuinitatis offensam.

Ambrosius super Lucam.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P v<sup>1</sup> v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

si] sibi C; posse] posset v<sup>1</sup>; cognoscas] cognoscat (*cor. intra*) B; Ambrosius] hec  
Ambrosius P v<sup>1</sup> v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>